

bus servavit. Recognovit tabulas familia- Anno.  
rum : politiam constituit : hostium cona- M.  
tus repressit, & ad Regem rediit. Iterum  
verò à Rege impetratâ veniâ invisit fratres  
suos in Judæa : & variis corruptelis deprava-  
vatum statum publicum Jerosolymæ, mag-  
nâ curâ emendavit. Domine, an in Perside  
mortuus sit, non constat.

*Jojada* coævus fuit *Malachiæ* Propheta- 3568  
rum Veteris Testamenti ultimo.

*Joanna*, qui aliis est *Jonathas*, in ipso 3630  
Templo per contentionem trucidavit fra-  
trem suum Jesum. Cujus fratricidii pœ-  
nam *Bagoas*, cæsi amicus, non ab uno Ponti-  
fice, sed à toto populo exegit, ademta ei li-  
bertate tributóque annuo imposito. Tem-  
plum quoque, violata ejus jam Religione,  
majore audacia profanavit.

*Jaddus* autoritate seniorum Manassem 3640  
fratrem sacerdotio movit, quòd filiam San-  
ballat connubio sibi junxit. Is verò Tem-  
plo à Socero condito in monte *Garizim* no-  
vum Pontificatum quæsivit & impetravit  
ab Alexandro Magno. *Jaddus* contrà in-  
dignationem Alexandri incurrit, quòd &  
commeatum negâsset, & à fide *Darii* disce-  
dere noluisset. Qui cùm Jerosolymam e-  
xercitum duceret iratus, occurrit ipsi Jad-  
dus habitu sacro, trahens secum longum  
agmen Sacerdotum: *Alexander* in Pontifice  
veneratus numen divinum, per somnium  
sibi in Macedonia oblatum, gratiam urbi  
atque populo fecit, Templum donariis or-  
navit,